

(δέω) ortum esse G. C.; ζεύγ-λη (ζεύγνυμι, rad. ζυγ); κίχλη χ 468 turdus. de hac voce agit G. C. 638 Lob. Path. El. p. 107; κοτ-ύ-λη vulgo putant hoc vocabulum eiusdem esse radicis atque κοῖλος. Si G. C. auctorem sequimur, κοῖλος (= κοιλίλος cav-us) ductum est a radice κυ (κυέω), ad eandem radicem refertur substantivum κύ-τ-ος, cavum, unde puto ductum esse κοτ-ύλη (vas cavum, patera). Offendimus quidem in vocali ο, verum etiam apud Hesychium invenitur vocabulum κόσιοι (κοιλώματα); νεφέλη, νεφ-έ-λη (rad. νεφ, νέφος) cf. nēbula; δμίχλη = δμίχ-λη (rad. μιχ, δμιχλέω scr. mih, mēhāmi effundo, mēghas nubes) inde sequitur ο vocalem esse propheticam, cuiusmodi est ο in ὄ-νομα; σταφ-ύ-λη B 765 perpendiculum; στή-λη (ι-στά-ραι); φι-ά-λη de origine huius vocabuli nihil constat cf. G. C. 446.

Altero loco pono **oxytona**: (12) αὐλή = αὐ-λή (rad. ἀξ, ἄω, ἄημ). Hesychius docet vocabulo ἀβήρο (= ἀξήρο) Lacedaemonios significasse οἰκημα στοὰς ἔχον, unde fit verisimillimum, etiam αὐλή ex eadem radice ortum esse G. C.; γαμφ-η-λαί, maxillae cf. γαμφή scr. gāmbha-s dens. os. rictus G. C.; εὐχ-ω-λή (εὐχεσθαι gloriari) iactatio; θυ-η-λή I 220 (θύειν sacrificare); κεφαλή = κεφ-α-λή scr. kapála-s, kapála-m testa, calva G. C., L. M. II, 236 κεφαλή putat factum esse ex κεπ-εαλή atque ita arctissime cohaerere cum latino vocabulo 'caput'; μεταπανσωλή T 201 cf. πανσωλή; δπλή unguis cf. δπ-λον quod coniungitur cum radice ἐπ (σεπ). Res si ita se habet, ai δπλαι ex Graecorum opinione veluti equorum, asinorum fuerunt arma vel armatura, quem in modum Vergilius Aen. XII, 5 de unguibus leonis dicit: 'Tunc demum movet arma leo'; πανσωλή B 386 (παύω) παν-σ-ω-λή requies. L. M. II, 202 hoc vocabulum inter verbalia, II, 589 inter denominativa enumerat; σταφυλή uva, G. Curtius 192 huius vocabuli mentionem facit ad radicem στεμφ, quamquam inde notio vocabuli explicari non potest. Sine dubio σταφυλή conferendum est cum σταφίς (acinus uvae passae); τερπ-ω-λή σ 37 (τέρπειν); φειδ-ω-λή X 244 (φείδομαι, φειδώ); ὠτειλή vulgo derivatur a verbo οὐτάω Lob. Path. Prol. p. 108: quod grammatici ex οὐτηλή boeotice conversum dieunt. schol. Λ 266: ἡ διπλῆ δτι τὴν ἐκ χειρὸς πληγὴν ὠτειλὴν λέγει παρὰ τὸ οὐτάσαι Ξ 518 'κατ' οὐταμένην ὠτειλήν· ἡ διπλῆ δτι παρετυμολογεῖ τὴν ὠτειλήν ἀπὸ τοῦ οὐτασε cf. Lehrs., Arist. p. 58.

De hoc loco agit L. M. II, 199. 201. 205, quibus locis enumerantur nomina, quae antiquitus in suffixa 'ala, āla, la' exiisse videntur. Non alienum erit, nominum quae supra laudavi similia similibus componere: In -λη suffixum exeunt: αὐ-λη (?), ζεύγλη, κίχλη, δμίχλη, στήλη; αὐλή, δπλή. In αλη suffixum exeunt: φιάλη, κεφαλή. In ἐλη suffixum exeunt: ἀγέλη, δειέλη (δείλη), νεφέλη. In ηλη suffixum exeunt: γαμφηλαί, θυηλή. In υλη suffixum exeunt: κοτύλη, σταφύλη, δούλη (= δοσύλη?), σταφυλή. In ωλη suffixum exeunt: εὐχωλή, πανσωλή, μεταπανσωλή, τερπωλή, φειδωλή. In ίλη suffixum exiisse videtur αἴγλη = ἀγ-ίλη. His addo ὠτειλή, quae vox, utrum ex ὠτ-ελη orta sit necne, in medio relinquo. De iis, quae in ωλη exeunt, nominibus conferatur Buttm., gr. gr. II, p. 405. 406. Omnia, quae supra enumeravi, nomina primitiva et verbalia videntur esse; nescio, quanam de causa L. M. πανσωλή et μεταπανσωλή inter denominativa enumeraverit.

XI. Substantiva in μη aut μή exeuntia. (22) De horum substantivorum significacione et de omnibus eorum proprietatibus agitur apud Buttm. II, 398. 399, apud G. Curtium de nom. graec. form. p. 43—46 ibique luculentissime demonstratur, quam arcta inter substantiva, quae in μος et μα et μη syllabas exeant, intercedat necessitudo. Cf. apud L. M. II, 300 nomina in ma suffixum et II, 370—372 nomina in tma suffixum exeuntia. Vocabula, quae infra laudamus, sunt primitiva exceptis vocabulis αἰχμή, si G. Curtii auctoritatem sequimur, et ἄλμη (ἄλς) et πυγμή (πύξ). Origo nominum θαλάμη, καλάμη, παλάμη usque adhuc ignota est, itemque etymon vocabuli ινήμη dubium.